



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Chorus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

factum præceptum, ut notat Boss. tract.
de carcer. sive iuss. n. 46. & hoc ampliat,
non solum valere in eo, qui fugit, seu
tendit ad superiorē, sed qui fugit ad a-
amicum domini sui superioris pro auxilio
impetrando, ubi allegat multa jura, &
Doctores, ubi video Vinc. de Annan.
in repet. c. si usfallus, de vasal. decrep. etat.
numero 58.

Undecimō, carceratus si non venit
punierundus pœna ultra relegationem, sta-
tim examinatus potest relaxari, si offert
cautionem, fallit in confessis, & in poe-
nis pecuniariis stipulatis penes acta Cu-
riæ, Foll. loc. cit. fol. 90. num. 1. 2, § 3.
fallit etiam in crimen notorio perjurii,
vel si alia's aufugisset à carceribus, idem
ibidem, per multa.

Duodecimō, an pœna carceris, de qua
in c. quamvis, possit sumi pro detruzione
in monasterium, vide Anchar. *in d. c.*
numero 4.

Decimotertiō, carcerati, qui aut cri-
men confessi, aut ex indiciis forsitan tor-
quendi sunt, non relaxandi sunt sub cau-
tionibus nisi fisco desuper auditio, Paul.
IV. Bull. 50. quæ incipit, *Licet.*

Decimo quartō, carcerati quibus ex-
pensis debeant ali in carceribus, & si ap-
pellaverint, quibus expensis sint ducendi
ad judicem appellationis, vide Capel.
Tolos. q. 190. *in addit.* ubi concluditur
quod expensi appellantis, & detinen-
tis.

C H O R U S.

CHorus. In Ecclesiis cancellis debet
esse septus, ad hoc, ut solum plallen-

t bus clericis sit locus, Conc. Turonen,
Can. 3. & nec laici possunt chorūm in-
gredi, excepto Rege, Conc. Constanti-
nop. VI. Can. 69. vide hist. tripart. lib. 9.
c. 30, ubi habetur, nec Theodosio Im-
peratori Ambrosium voluisse permettere
ingredi intra cancellos, ubi clerici plal-
modiant.

C I T A T I O.

Primum, video practicalistas, & præ-
cipue Maran. copiosè. 6. p. tit. de cit. &
Foller. 1. p. 2. n. 28. § 29.

Secundō, pro praxi Canonica, quan-
do venirent ab Urbe citationes in parti-
bus; vide Clem. Causam. de elect. ubi ha-
bes optimam practicam, sed pro facilitate,
sunt notanda multa. Primum non
sufficere in causa absentia rei citandi, id
quod dicitur in d. Clem. sed primum de-
bet etiam servari in profanis, *decif. Rot.*
26. *de appell. in novis.* § decif. 22. *de rescr.*
in novis. § ibi addit. num. 5. Secundō,
non tenetur citans dare copiam citatio-
nis citato, nisi hoc petat, modo ei lecta
fuerit citatio. *Addit. ad decif. 5.* *Rot. de*
ref. in novis. n. 15. Tertiō, tutius est re-
linquere copiam citationis ipsi citato pro
majori contumacia, *Addit. ibidem nume-*
ro. 6. & sic vidi practicari multoties, imò
semper. Quartō, quoniam verò citatio
fit ad valvas Ecclesiæ, & reus, vel alter
pro eo petit copiam citationis, ultra re-
lictam ad dictas valvas Ecclesiæ, danda
est ei, sumptibus petentis, *Addit. ad de-*
cif. 22. de rescript. in novis. num. 15. Quintō,
praxis est, ut fiat copia authentica per
notarium publicum, & affigatur ad val-
vas